

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Conuersio r
cum fonte primo

Prima uigilia

est puericia, secunda adolescencia,

tercia senectus.

Qui ergo in prima uigilia uigilare noluit,
secundam custodiat ut qui conuerti
a prauitatibus suis in puericia neglexit,
ad uias uite saltem tempore iuuentutis euigilet,

et qui ad uias uite iuuentutis tempore non euigilat,
saltem in senectute resipiscat.

Nam quos diu ut conuertantur tolerat,
non conuersos durius dampnat.

Gregorius tractans illud in omelia:
Et si in secunda uigilia siue in terciā.

Prima quippe uigilia

primauum tempus est, id
est pueritia. Secunda, adolescencia
uel iuuentus,

quae auctoritate sacri eloquii unum sunt, dicentis:
Laetare iuuenis in adolescencia tua.

Tertia autem senectus accipitur.

Qui ergo uigilare in prima uigilia noluit,
custodiat uel secundam, ut qui conuerti
a prauitatibus suis in pueritia neglexit,
ad uias uitae saltem in tempore iuuentutis euigilet.

Et qui uigilare in secunda uigilia noluit,
terciae uigiliae remedia non amittat,
ut qui et in iuuentute ad uias uitae non euigilat,
saltem in senectute resipiscat.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 1.13.5
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.92, ll.74-82).

Nam quos diu ut conuertantur tolerat,
non conuersos durius dampnat.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 1.13.5
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.93, ll.101-102).